

sequitur assumptio falsa:<sup>70</sup> *Itaque quomodo, ideae substantiae rerum existentes seorsum fuerint. Sunt quidem ideae per se essentiae et verae essentiae, sed essentiae inferiorum non sunt, nisi pater et sol sint filii essentiae. Hisce annectit locum ex Phaedone repetitum, cui iam respondimus.*

5 Quare quod etiam post ait:<sup>71</sup> *Quod illae<sup>xix</sup> horum substantiae, vane dictum est, vane obiicitur: non enim id Plato vero sensu usquam dixit, sequentia, quia repetitio quaedam sunt dictorum, iisdem nostris facile solvuntur, nunc quae Sapientiae capite 2.*  
 10 *affert:<sup>72</sup> Nullo minus absurdum [334] dicere quaedam esse quasdam naturas<sup>xx</sup> praeter eas, quae in coelo, has autem easdem dicere cum sensibilibus, praeter quam quod haec quidem aeternae, illae autem corruptibiles. Falso obiicitur easdem esse ideas cum sensibilibus, nusquam id Plato asseruit: nisi quatenus ὁμοειδεῖς, eiusdem speciei*  
 15 *sunt.*

Solutio ergo clara est et horum et sequentium:<sup>73</sup> *Praeterea si quis praeter ideas et sensibilia intermedia ponat, multas dubitationes habebit. Quid sibi vult illud (ponat), an ita ut extent mathematica media? Tale nihil dixit Plato: nullas medias posuit essentias, et*  
 20 *si maxime ponantur, astrologia μία τούτων, una horum non est, neque erit:<sup>74</sup> Quoddam coelum praeter sensibile coelum et Sol et Luna*

<sup>70</sup> ὥστε πῶς ἂν αἱ ἰδέαι οὐσίαι τῶν πραγμάτων οὔσαι, χωρὶς εἶεν; ARIST. Metaph. 991b.2 – 3;

<sup>71</sup> ὅπως δ' ἐκεῖναι τούτων οὐσίαι, διὰ κενῆς λέγομεν [λεγόμενον]. [ARIST. Metaph. 992a.27 – 28]

<sup>72</sup> οὐδενὸς ἦττον [corr. ex ἦττονα] ἄτοπον τὸ φάναι μὲν εἶναι τινὰς {φύσεις} παρὰ τὰς ἐν τῷ οὐρανῷ. ταύτας δὲ τὰς αὐτὰς φάναι τοῖς αἰσθητοῖς πλὴν ὅτι τὰ μὲν αἰδία, τὰ δὲ φθαρτά. [ARIST. Metaph. 997b.5 – 8]

<sup>73</sup> ἔτι δὲ εἴ τις παρὰ τὰ εἶδη καὶ τὰ αἰσθητὰ τὰ μεταξὺ θήσεται, πολλὰς ἀπορίας ἔξει. [ARIST. Metaph. 997b.12 – 14]

<sup>74</sup> {ἔσται} τις οὐρανὸς παρὰ τὸν αἰσθητὸν οὐρανὸν καὶ ἥλιος καὶ σελήνη καὶ τ' ἄλλα ὁμοίως τὰ κατὰ τὸν οὐρανόν. [ARIST. Metaph. 997b.16 – 18]

<sup>xix</sup> Corr. ex ille.

<sup>xx</sup> riječ φύσεις ispuštena je u citatu, ali je prevedena.